


Líbera me a persecúen-  
tibus me : \* quia confortáti  
sunt super me.

Educ de custódia áni-

mam meam ad confiténdum  
nómini tuo : \* me expé-  
ctant justí, donec retríbuas  
mihi.



Ant. PORTI-O me-a Dómine sit in terra vivénti-um.

Cetera fiant ut Feria secunda.


## SABBATO.

Ant.


vj.

toni.

BENEDICTUS. Ps. 143. Dóminus De-us me-us, qui



docet manus me-as ad pœli-um, \* et dígi-tos me-os



ad bellum.

Misericórdia meá, et re-  
fúgium meum : \* suscéptor  
meus, et liberátor meus :

Protéctor meus, et in ipso  
sperávi : \* qui subdit pópu-  
lum meum sub me.

Dómine quid est homo,  
quia innotuísti ei? \* aut fílius  
hóminis, quia réputas eum?

Homo vanitáti símilis  
factus est : \* dies ejus sicut  
umbra prætereunt.

Dómine inclína cælos  
tuos, et descénde : \* tange  
montes, et fumigábunt.

Fúlgura coruscationem, et  
dissipábis eos : \* emítte sa-  
gíttas tuas, et conturbábis  
eos.

Emítte manum tuam de  
alto, ⁊ éripe me, et líbera me  
de aquis multis : \* de manu  
filiórum alienórum.

Quorum os locútum est